

EPISTOLA

penè farinam orbis fermentarunt; diligēter animo versa, queso, quanta sit nostra malignitas, atq; ignavia, qui cū innumeris simus, has gentiū reliquias conuertere nō possumus, qui vel mille mundis satisfacere deberemus.

Sed Apostolos illos fuisse, inquires; quid ad rem? nōne tecū eiusdem natura fuerūt? an forsas credis illos Angelos natura, aut de caelo lapsos fuisse? Mundū conuerterūt non propter miracula quae fecerunt, sed quia in ipsis erat verus gloria, atq; pecunie cōtemptus, & quoniam nullā seculariū harum rerū curam habebant. Nā nisi hoc habuissent, si passionib. veluti nos seruissent, etiamsi innumeros homines suscitassent, nihil utilitatis fecissent. Viuendi ergo disciplina est, quae spiritus etiam gratiā attrahit. Quod enim signū Ioānes fecit, qui tot tantasq; ciuitates erudiuit? Vnde Helias mirabilis factus est? nōne quia Regem liberè alloquebatur?

Hieronym.
in Malach.

Hieronimus super verba illa, Offertis sup altare meū panē pollutū, dicit; Corripit sermo diuinus Episcopos, & Presbyteros, & Diaconos negligētes, in eo quod afferāt super altare Dei pollutū panē. Polluunt autem panē, quando accedunt ad altare, & sordidi mundū sanguinē bibunt. vel: Doctor Ecclesiae
qui